quarterius del Cap Corral, ipsis rodolinis admisis tres eorum qui dicebatur [ ] de eleccione unius paciarii dicti quarterii misit intus unum bacine plenum aque quem postea cooperuit cum uno cospore sive taylador; e fient vocari quendam puerum etatis VI vel octo anorum ut per aspecte sue etatis apropebat qui cave ei primo occurrit qui vocatur Matheus filius Poncii barber qui puer mandato dicti baiuli ab fraxit unum de dictis redolinis [ ] a dicto bacino, et tradidit eum dicto baiulo [ ] baiulus apto per eum dicto redolino de dicto vacino primitus ab [ ] per dictum puerum invenit scriptum et inclusum intus dictum redolino (foli 42v) cere primo acceptum per dictum puerum nomen Raymundi de Minorissa, qui Raymundus fuit incontinenti admisis pro paciario dicte ville pro dicta quarta parte cum protestacione premissa.

Subsequenter idem baiulus misit ceteros decem rodolinos cere predictos in dicto bacino de quibus dictus baiulus per manum dicti pueri fecit abstrahi a dicto bacino quinque de eis succesium unum post alium et apertis sive fractis ipsis fuit inventum in uno eorum nomen Guillemi Dianta, in secundo nomen Petrus de Foix, in tercio nomen Guillemi Erimbau, in quarto nomen Jacobi de Minorisa, et in quinto nomen Paschasi Figuera, qui quinque predicti incontinenti fuerunt admissi in consiliarios dicte quarte partis per cum protestacione premissa.

#### De Muntseré

Eadem die et hora quarteri eodem, stanti Bernardus de Archubus, Perpenianus ça Rovira, Guillemus Cahorcini, Borracius Lorach, Miquel de Berga, Bernardus Petri, Bertholomeus Petri, Bertholomeus Carbonelli, Bernardus d'Uluya, et plure alii degentes in quarterie sive quarta parte ville predicte de Monte Sereno et vallium et aliorum vicorum dicti quarterii nominibus eorum propio et omnium aliorum incolarum eiusdem quarterii presentarunt dicto baiulo III rodolinos cere equalis forme pro eligendis (foli 43r) et constituendis uno paciario dicte quarta partis dicte ville et ex alia parte decem rodolinos cere equalis forme pro eligendis et constituendis quinque consiliariis dicte quarte partis sive quarterii quam electionem e presentationem fecerunt dicti presentantes per similia verba e cum similibus protestacionibus ut pro quarta parte sive quarterio del Cap Corral dictum et positum extitit at etiam protestatum in eorum presentatione predicta de quibus inserunt fieri eis publicum instrumentum fiat eis similiter instrumentum ut carterio del Cap Corral cum infrascriptis.

Testes: Pericus A. junior et Raymundus Maior notari.

Et incontinenti dictus baiulus procecit dictos tres redolinos cere dicti quarterii de Monte-Sereno in dicto bacino et ipsum cooperuit ut supra-dictum est cum uno tossore sive taylador e per dictum puerum fecit unum de ipsis redolinis abstrahi de dicto bacino et sibi tradi quem et ipso fregit seu aperuit in quo [intusquem] inclusum e scriptum invenit nomen Arnaldovi de Mecina, filii A. de Mecina, qui Arnaldus admisis fuit pro paciario dicte ville pro dicta quarta parte cum protestacione premissa.

Post modum idem baiulus misit et periecit dictos decem redolinos cere dicti quarterii de Monte Sereno in dicto bacino et ipsum coopervit cum dicto tossore sive taylador ut est dictum de quibus X redolinis fecit abstrahi per dictum puerum de dicto bacino quinque, unum post alium, et fuit [ ] tum in uno ipsorum inclusum et scriptum nomen Galcerandi de Loberola, in secundo nomen Laurencii Culul, in tercio nomen Bernardi de Sancto Petro, in quarto nomen Jacobi Miro, et in quinto nomen Petrus Mageri, qui quinque predicti (foli 43v) in dictis redolinis cere in-

clusi eorum nomina et primo accepti per dictum puerum fuerunt admissi pro consiliariis dicte ville pro dicta quarta parte cum protestacione premissa.

De la Ceboleria

Eadem die et hora quarteri eodem, standi Arnaldus de Rivo Ovium, Berengarius Burdi, Bernardus Lambart, Petrus Miro, Jacobus Truylas, Guillemus Giner, Bertholomeus de Robio, Petrus Amiyl e plures alii probi homines habitantes in quarterio sive quarta parte ville predicte de la Ceboleria et del carrer de Barchinona e de l'abeurador et caterorum vicorum dicte quarte partis sive quarterii, nominibus eorum propriis et omnium aliorum degentium in dicto quarterio eiusdem quarterii presentarunt dicto baiulo III redolinos cere equalis forme pro eligendis et constituendo uno paciario dicte quarte partis dicte ville, et ex alia parte, decem redolinos cere equalis forme pro eligendis et constituendis quinque consiliariis dicte quarte partis sive quarterii quam electvionem et presentacionem fecerunt dicti presentantes per similia verba et cum similibus protestacionibus ut pro quarta parte sive quarterio del Cap Corral dictum et positum extitit at etiam protestatum in eorum protestacione predicta, de quibus iuserunt eis fieri publicum instrumentum.

Testes: Raimundus Maiore e Petrus Fuster notarius.

(foli 44r)

Et incontinenti [dictus] baiulus misit dictos tres redolinos cere equalis forme dicto quarterii de la Ceboleria et de vico de Barchinona e de l'abeurador, in dicto bacino et ipsum cooperuit ut es dictum de quibus abstrahi fecit unum per puerum supradictum et sibi tradi per eum quem et ipsum fregit seu aperpuit in quo et intus quem inclusum et scriptum invenit nomen Bernat Andree, qui Bernardus Andrei fuit admissus in paciarium dicte ville pro dicta quarta parte cum protestacione premissa.

Item dictus baiulus misit dictos x redolinos cere dicti quarterii de la Ceboleria et de vicus de Barchinona e de l'abeurador in dicto bacino et ipsum coopervit ut est dictum de quibus abstrahi fecit quinque per puerum superdictum, et fuit inventum in unum ipsorum nomen Guillemi Pu-yalt, in secundo Guillemi de Biure de vico Sancti Francisci, in tercio Francisci Guitart, in quarto Jacobi [ ] vitalis, et in quinto Pencii de Furno, qui quinque predicti dictis quinque redolinos inclusi eorum nomina et prima accepti per dictum puerum fuerunt admisi pro consiliariis dicte ville pro dicta quarta parte cum protestacione premissa.

(foli 44v)

De la Plaça

Eadem die et hora quarteri eodem, stanci Berengarius de Vergos de Platea, Guillemus de Morrenyano, Raimundus de Vergos, Guillemus Cortes, Bernardus Castel, Bernardus Laurador, Bernat filius quondam Bernardi de Vallo, Bernardus Egidi, et Cerveronus de Sancto Domino et plures alii, degentes in quarterio intus portale medianum dicte ville de Platea et ville nove et ceterorum vicorum dicte quarterii sive quarte partis presentarunt dicto baiulo III redolinos cere equalis forme pro eligendo et constituendo uno paciario dicte quarte partis sive quarterii. Quam electionem et presentacionem fecerunt dicte presentantes per similia verba et cum similibus protestacionibus ut pro quarta parte sive quarterio del Cap Corral dictum et positum extitit at etiam protestatum in eorum presentacione predicta de quibus mandarunt eis fieri publicum instrum.

Testes: Pericus Fuster et Anthonius de Rivo Ovium notarius.

Et incontinenti dictus baiulus misit dictos tres redolinos cere dicti quarterii de la Platea in dicto bacino et ipsum coopervit ut est dictum de quibus abstrahi fecit unum per dictum puerum et sibi tradi per eum quem et ipsem fregit seu apropuit in qui et intus quem inclusum e scriptum invenit nomen Ferrarii de na Burgesa qui Ferrarius fuit admissus in paciarium dicte ville pro dicta quarta parte cum protestacione premissa (foli 45r). Item dictus baiulus [missit] dictos x redolinos dicti quarterii de la Plaça in dicto bacino et ipsum coopervit ut est dictum de quibus abstrahi fecit quinque per dictum puerum, et fuit inventum in uno eorum nomen Francisci de Minorisa, in secundo nomen Jacobi Claris, in tercio nomen Guillemi d'Ivorra, in quarto nomen Bernardi de Bianya, in quinto nomen Jacobi de Cardona. Qui quinque predicti quorum nomina inventa fuerunt incluso in dictis quinque redolinis primitus acceptis per dictum puerum, fuerunt admissi in consiliarios dicte ville pro dicta quarta parte sive quarterio de Platea cum protestacione premissa.

Et in modum iamdictum electi e preentati at populati fuerunt paciarii superdicta numero quator et viginti consiliarii quorum nomina subsequenter:

#### PAERS

Arnaldo de Mecina  
Ferrer de Na Burgesa

Ramon de Menresa  
Bernat Andreu

#### CONSEYLERS

Francesch de Menresa  
Jacme Claris  
Guillem d'Ivorra  
Berenguer de Vergós fiyl  
Jacme de Cardona  
Guillem Dianta  
P. de Foix  
Guillem Erimbau  
Jacme de Menresa  
Paschual Figuera

Guillem Puyalt  
Guillem de Biure  
Francesch Guitart  
d'en Ramon  
Jacme Vidal  
Ponz dez Forn  
Galceran de Lobera  
Lorenz Culul  
Berant de Sent Pere  
Jacme Miró  
e en Pere Maestre

#### 5

1334, novembre, 8. Tortosa

*Alfons III dicta noves normes sobre l'elecció de paers i consellers que completen les disposades per ell mateix el 10 de setembre de 1331.*

Nos Alfonsus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac comes Barchinone, olim ad augmentum ville nostre Cervarie et ut habitantes in illa personis discretioribus ac melioribus regerentur, sublato abinde officio iuratorum, quos non solum de maiori et meliori manu set de inferioribus assumebant, officium paciariie, prout fuerat ab antiquo, ibidem providimus reducendum cum nostro privilegio, statuentes atque perpetuo ordinantes quod anno quolibet certa die quatuor paciarii tantum deberent in dicto officio eligi et assumi. Quam quidem electionem sic volumus ac iussimus fieri: quod, predicta villa in quator partes divisa, de qualibet quarta parte tres probi homines eligerentur ydonei de melioribus cuiuslibet quarte partis, quorum nomina, sigillatim in cere redolinis inclusa, ponerentur in ciphro vel scudella aque plena et cohopena et ille, cuius nomen sic inclusum aliquis puer a casu ex dictis tribus redolinis acciperet, illo anno paciarii curam gereret; et sic de aliis tribus partibus dicte ville perpetuo fieret, ut sic essent in dicta villa quator paciarii annuatim, prout hec omnia in dicto privilegio nostro sigillo pendenti munito, datum Dertuse, quarto idus septembris, anno Domini millesimo ccc° tricesimo primo, plenius continentur.

Set quoniam in dicto privilegio non est cautum qui deberent in qualibet quarta parte ville tres paciarios predictos eligere, et propterea singulis annis magna in dicta villa materia dissensionis insurgeret, fuit nobis per universitatem et proceres dicte ville humiliter supplicatum ut, per quos huiusmodi deberet electio fieri, dignaremur, ad tollendam discordiam, declarare. Nos autem, affectantes inter subditos nostros omnem materiam disensionum succindere et eos optantes pacifice vivere et quiete cum hac carta nostra perpetuo valitura declaramus, statuimus atque sancimus quod paciarii et consiliarii dicte ville, qui nunc sunt vel maior pars eorum, qui vocati voluerint interesse, vigilia Natalis Domini proximo nunc stants et deinde ipsa die anno quolibet ante nonam, prius ab eis prestito iuramento in posse ipsorum paciariorum, quod in hoc non affectione propria sed ad honorem et commodum dicte ville ac tocius rei publice se habebunt, eligant de qualibet quarta parte ville predicte quinquaginta proceres de melioribus et fidedignioribus dicte partis. Qui quidem sic electi, quinquaginta videlicet cuiuslibet quarte partis vel maior pars ipsorum, prestito prius per eos consimili iuramento in posse paciariorum ipsorum, eligant ac nominent tres robos homines pro paciariis sue partis. Que quidem electio fiat sequenti die videlicet post instans festum Natalis Domini, et sic annis singulis predictis diebus imperpetuum observetur, ut videlicet vigilia Natalis Domini per ipsos paciarios et consiliarios, qui tunc erunt, ut superius continetur, fiat in qualibet quarta parte dictorum quinquaginta electio, et sequenti die post ipsum festum immediate sequenti futuri paciarii per ipsos quinquaginta in qualibet quarta parte, ut premititur, eligantur, et deinde iuxta predicti alterius privilegii nostri formam in omnibus aliis electionem paciariorum tangentibus procedatur. Addentes quod, si aliquis ex dictis paciariis vel consiliariis infra annum decederet vel ex aliqui impedimento seu obstaculo vel defectu officium paciarii vel consiliarii gerere vel amministrare non posset, dicti quinquaginta vel maior pars eorum, prestito prius iuramento in posse dictorum paciariorum, eligant tres probos homines pro paciariis et quinque pro consiliariis in parte sua, in qua huiusmodi defectus emergeret, de quibus unus iuxta formam dicti privilegii in paciarium et alius in consiliarium assumantur.

Praeterea cum dictum privilegium videatur similiter defectivum in eo videlicet quod nulla ibi sit mencio per quos debent eligi decem consilarii in qualibet quarta parte, ex quibus postmodum quinque sub certa

forma in dicto privilegio expressata in singulis quatuor partibus pro consiliariis assumuntur, ideo declaramus, statuimus et sancimus quod dicti quinquaginta electi in qualibet quarta parte ut, superius continetur, vel maior pars ipsorum, prestito prius iuramento predicto in posse dictorum paciariorum, predicta die post festum Natalis Domini immediate sequenti eligant decem consiliarios en qualibet arte sua et deinde fiat electio de eisdem, prout in alio nostro privilegio continetur, superaddentes quod, si omnes predicti quinquaginta vel maior pars eorum non possint super electionem paciariorum et consiliariorum ipsorum unanimiter convenire, decernimus eo casu quod dicti quinquaginta seu maior pars eorum statim eligant unum notarium, in posse cuius quilibet eorundem sub virtute iuramenti predicti seorsum exprimat votum suum, nominando personas paciarii vel consilarii quas ad dicta officia eligi voluerit vel assumi; et qui plures voces habuerint in paciarium et consiliarium, servata tamen forma pretacti privilegii, assumantur; insuper subiungentes quod coinsilarii dicte ville decetero eligendi, qui numero sunt viginti, iurent ac iurare teneantur annis singulis, statim cum electi fuerint, in posse paciariorum ville prescripte, quod veniant ad consilium tociens quociens requisiti fuerint, ut moris est, vel citati; quod si non fecerint, solvant banuum per ipsos paciarios imponendum, nisi iustam et rationabilem causam ostenderint se habere, et nichilominus paciarii et consilarii, qui interfuerint, expediant negocia incumbencia dicte ville.

Ceterum, cum in dicto nostro privilegio caveatur quod paciarii dicte ville infra duos menses a tempore quo officium ipsum dimiserint, reddere iustum et legale compotum de amministratis per eos in dicto paciaria officio teneantur, et non fuerit ibi cautum cui vel quibus debeant ipsam reddere rationem, propterea declaramus, statuimus et ordinamus quod paciarii preteriti temporis futuris paciariis, immedietate post eos assumptis, et uni ex consiliariis et uni probo homini cuiuslibet quarte partis, per paciarios et consiliarios eligendis, compotum et rationem reddere teneantur. Qui paciarii et unus consiliarius et probos homo cuiuslibet quarte partis vel maior pars eorum habeant potestatem compotum audiendi, impugnandi et albarana vel instrumenta absolucionum et diffinicionum etiam faciendi. Dicti etiam paciarii et alii supradicto, quos cum eis deputavimus ad huiusmodi computa audiendum, vel maior pars eorum possint audire compota, que per paciarios preteriti temporis post datam dicti nostri privilegii sunt reddenda, cum dictum privilegium cui vel quibus ipsum deberent reddere compotum no innuat, ut est dictum. Volumus tamen quod, ad reliqua restituendum, ipsi paciarii preteriti temporis et futuri per nostrum baiulum compellantur.

Demum concedimus dictis paciariis, consiliariis et probis hominibus dicte ville quod possint taxare vel talliare habitatores dicte ville usque ad quantitatem duodecim denariorum vel minus pro vicinatico dicte ville, ad bonum arbitrium eorundem.

Hec igitur omnia supradicta per nos declarata, statuta, ordinata, adjecta et de novo concessa perpetuis temporibus decernimus inviolabiliter observanda, omnibus aliis contentis in dicto privilegio nostro, in quantum a premissis non deviant vel discordiant, in suo robore et valore perpetuo duraturis. Quare per presentes mandamus baiulo nostro Cervarie presenti et qui pro tempore fuerit aliisque officialibus nostris, presentibus et futuris, vel eorum loca tenentibus, quod premissa omnia et singula observent firmiter et observari faciant, ut superius continentur, et non contraveniant seu aliquem contravenire perittant aliqua ratione Siquis autem, ausu temerario ductus, contra predicta vel aliquid de predictis venire

presumpserit, penam ducentorum morabatinorum auri incurrere volumus ipso facto Que quidem pena nostre thesaurario apploicetur. Et nichilominus dicta pena soluta vel non, premissa omnia et singula in suo remaneant robore et vigore. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri et sigilo nostro pendenti iussimus communiri.

Datum Dertuse, sexto idus novembris, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto.

Signum + Alfonsi, Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac comitis Barchinone.

Testes sunt: infans Raimundus Berengarii, comes Montanearum de Prades, Berengarius, Dertusensis episcopus, Bernardus, vicecomes Caprarie, Huguetus de Impurii, Artaldus de Focibus.

Sig+num Dominici de Biscarra, scriptoris dicti domini regis, qui de mandato eiusdem hec scribi fecit cum litteris et raso positis in v<sup>a</sup> linea ubi dicitur «humiliter», et in XXII<sup>a</sup> ubi legitur «inde», et clausit loco, die et anno prefixis.

## 6

1415, desembre, 10. Perpinyà

*Ferran I confirma que en l'elecció de paers i consellers s'ha de seguir la tenor del privilegi d'Alfons III de 1331 i que els escollits ho han d'ésser entre les persones més idònies de la vila.*

AHCC, Thesaurus Privilegiorum Cervarie, 62r-v.

«En Ferrando per la gràcia de Déu rey d'Aragó, de Sicília, de Valence, de Mallorques, de Sardenya, e de Còrsega, comte de Barchinona, duch d'Athenes, e de Neopàtria, e encara comte de Rosselló e de Cerdanya, als fels nostres los pahers, consellers e prohòmens de la vila de Cervera, Conseyll e universitat de aquella e altres qualsevol a qui les coses de'ús scrites se pertanguen en alguna manera salut e gràcia.

Com auran real dignitat se pertanguen procurar e en cerchar vies e maneres per les quals les ciutats e viles auran real corona sotsmeses sien ben rigides e la cosa pública de aquelles profitosament governada.

E per exposició querelosament a Nós feta per part de alguns singulars de la dita vila haian entès que axí la elecció que-s fa en la vigília de nadal en la dita vila de dehens prohòmens per los pahers e Conseyll d'aquell any, ço és cinquanta per cascun quarter com aquella que-s fa en après per los dits prohòmens lo dia o festa de Sent Steve prop següent, de certs pahers e consellers segons forma del privilegi sobre açò atorgats a la dita vila, de agun en temps ençà se fan algunes vegades de persones no axí idònees, sufficients, ni abtes al regiment de la dita vila e ben públich d'aquella com altre qui se'n trobarien en la dita vila pretermetents o lexants les pus convinents e pus abtes de que-s seguexen sens dubte algú, grans dans e incomoditats a la dita vila e ben públich de aquella.

Emperamor d'açò volents en les dites coses degudament provehir a humil supplicació per part de alguns singulars de la dita vila, desijants lo bé avenir, utilitat e conservació de aquella, sobre açò a nós feta, vos dehím, e manam expressament e de certa scièntia sots incoriment de nostra, e indignació, que en les eleccions primerament fahedores dels dits do-hents, ço és cinquanta de quascun quarter, en les altres que après convedrà fer dels pahers consellers servant la forma e tenor dels dits privilegis, elegiats les millors e pus abtes, pus sufficientes e idònees persones que en la dita vila poran ésser atrobades, les quals elegesquen les millors, e pus abtes, pus sufficiens e pus idònees persones que en la dita vila trobar se poran segons Déu e lur bones consciències per mèrits e per fecultats informades en pahers e consellers de la dita vila servant la forma, tenor e sèrie dels dits privilegis segons dit és.

E per si ventura serà fet lo contrari en alguna manera, ço que no trehem, Nós ara per lavors, e lavors per ara, havents les dites eleccions axí contra forma dels dits privilegis fetes per Nós fets, determini aquelles cert [ ] e nulles e freturants de tota efficàcia e valor romanents emperò los dits privilegis en lur força e virtut.

E no resmenys los contrafahents ultra nostra ira e indignació sien encorreguts e pena de do-hents florins per quascun a nostres coses aplicadores, exigidores d'ells e de lurs béns sens alguna gràcia e mercè, manants sots les dites penes la present cert publicada e manifestada a quascun dels dits quarters en cascuna elecció que-s covendrà fer de les demunt dites.

Dada en Perpenyà a deu dies de dehembre en l'any de la nativitat de nostre senyor mil quatre-cents e quinze.»

## 7

1430, octubre, 7. València

*Alfons el Magnànim estipula que els prohoms elegits per a paers l'any següent a la legislatura del seu exercici actuarien com a consellers, elevant el nombre de consellers a vint-i-quatre.*

Biblioteca-Museu Víctor Balaguer de Vilanova i la Geltrú, doc. 728,

«Nos Alfonsus Dei gracia regis Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, comes Barchinone, dux Athenarum et Neopatrie, ac eciam comes Rossilionis et Ceritanie, in petitione per Johanem germani, Michaellem de Roqueta, paciarios, anni presentis ville Cervarie, et Ludovici de Torramorell, scriptorem nostrum, syndicos et ambaxiatores vestri fidelium nostrorum paciariorum, consiliariorum et proborum hominum ville predictae, nobis reverenter exhibita vidimus contineri quod ex mutacione annua novi regiminis paciari et consiliari dicte ville noviter tunc electi non informati minus que imbuti de pluralitate negociorum ommiventium impositorumque oneri eorumdem exequio per agenda in hiis que concernunt utilitatem rei publice dicte ville pluribus in negociis sopiter ut ex-



perencia que rerum est magistra prosepe edocuit in maximum dicte ville et tocius rei publice eiusdem prejudicium valde notum quare fuit nobis humiliter supplicatum dignaremur de nostra solita clementia remedio infrascripto benigniter providere. Nos, huiusmodi supplicatione exaudita benigne, tenore presentis privilegi cunctis temporibus valituri per nos et nostros quoscumque vobis dictis paciariis consilio et probis hominibus dicte ville concedimus, statuimus et ad in perpetuum ordinamus et supraaddimus de novo quatuor consiliarios videlicet quod, ultra numerum illorum quatuor paciariorum et viginti consiliariorum qui iuxta tenorem privilegiorum vel consuetudinem aut usum dicte ville anno quolibet eliguntur paciarii qui nunc sunt in anno proxime venienti sint et remaneant consiliarii simul cum dictis viginti consiliariis supradictis et sic deinde annuanti alii paciarii, finito eorum paciarie anno, in sequenti anno remaneant consiliarii dicte ville et simul cum dictis viginti consiliariis, qui, anno quolibet, iuxta dictorum privilegiorum formam eligentur, exercent et exercere habeant eorum consiliarie officium memoratum prout dicti viginti antea faciebant ordinacionibus consilii sexagentene minimo obsistentibus. Mandantes per hanc eandem gubernatori generali regnorum et terrarum nostrarum, eiusque vicesgerentibus in Cathalonie Principatu, necnon baiulo generali principatus eiusdem ceterisque universis et singulis officialibus nostris presentibus et futuris, sub obtentu nec gratie et mercedis quod concessionem nostram huiusmodi et omnia et singula in eadem contenta teneant firmiter et observent tenerique et observari faciant perpetuis temporibus inconcusse et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant, aliqua racione. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus, nostro sigillo comuni impendenti munite. Datum et actum in civitate Valencie die septima octobris, anno a nativitate Domini millesimo cccc xxx, regnique nostri quintodecimo.

Sig+num Alfonsi Dei gracia regis Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, comitis Barchinone, Ducis Athenarum et Neopatrie ac eciam comitis Rossilionis et Ceritanie. Rex Alfonsus (autògraf).

Testes sunt: Dominus Archiepiscopus Terrachonense, Cancellarius Raymondus de Perilionibus, gubernator Rossilionis, Eximius Petri de Corella, gubernator Valencie, Johannis de Gurrea, baiulus generalis regni Aragonum et Galcerandus de Raquesen, baiulus generalis Cathalonie, domini regis consiliarii.

Sig+num mei Johannis Olzina, secretarium domini regis predicti eiusque auctoritate notarii publici pro universam dicionem suam, qui de ipsius mandato predicta scribi, feci et clausi. Corrigitur in linea x —qui— et in secunda —consiliariorum.

(Dominus rex mandavit mihi, Johanni Olzina et ut causa tesusius. Procata. Vidit Thesaurarius.)»